



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavrorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniae, 1655

§. 64. Qui autem tradidit illum dedit eis signum. v. 48.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

ad Iesum in horto, stipatus scilicet multa turba militū, gladijs & fustibus vel ad occidendū gladijs, si se defendere veller, vel fustibus arcendū si fugeret manus ipsorū, sicut alias acciderat. Arbitrabantur enim eum quibusdā maleficijs posse uti adversus gladiatorum vim. Ex his patet quo animo veniant, nempe parati ad prœlium & necem innocentis Domini & magistri exosi, eo quod sapius ipsos suo merito arguerat de justitia, de peccato, de veritate, ipsi autem offensi consilium fecerant quomodo eum dolo tenerent & occiderent, & jam per traditionem Iudæ discipuli campum apertum inveniebant, unde statim & sine mora mittebant militem suum ad exequendam prodicionem ejus.

Iesu bone, quantum scelus! quanta traditio! Innocens quæritur ad necem! à nocente, Magister à discipulo, Doctor & Propheta à suo auditore, sanctus ab impio &c. quæ causa? quia prædicat iustitiam, vitia increpat! Ah, Deus meus, da mihi quoque gratiam, ut nunquam metuam oculos hominum, quin cum discretione & spe fructus vitia increpem, virtutes prædicem, ad tuam gloriam proximique salutem & emendationem.

§. 64. *Qui autem tradidit illum dedit eis signum. v. 48.*

Ut Iudas nefarius dextrè & infallibiliter traditionis suæ officium perageret & promissum sibi stipendium triginta denariorum non amitteret, neve alium pro Christo è discipulis aggredierentur milites, quia multoties impetratus à Iudæis pertransiit nescientibus ipsis, dedit eis signum, osculum sc. pacis. ò iniquitas! iam signum vitæ fit mortis, & salutis tessera fit signum prodicionis, Patres nostri hoc signo utebantur in signum concordia & veræ amicitia, tu scelestè abuteris in signum prodicionis! nefas abominandum! quomens & conscientia tua avolavit.

Benignissime Deus ab hoc abominando peccato libera me semper, nequam proditor sim eorum qui se suaque mihi crediderunt, nec in verbis sim lubricus vel fictus in signis, sed è contra fidelis tibi uti Deo meo & rationalibus creaturis uti proximis meis propter honorem & reverentiã tuam.

§. 64. *Quemcunque osculatus fuero ipse est tenere eum. v. 48.*

O Iuda proditor! aliter Christum prodere non potes nisi sub specie amicitia? quid tibi male fecit? nonne te Apostolatus titulo honoravit? non cum ipso dulces capiebas cibos? non te enutrivit & tanquam proprium filium sollicitè instituit, domus suæ dispensationem commisit? infidele cor, hæccidne servitus in Dominum? gratitudo in Magistrum refusa?

O Si dignus ego fuisset Dominum meum solum videre in terris, non ausim dicere, cum ipso in mensa sedere, non amplecti, sed simbriam

vesti.

vestimenti cum hamoroisſa tangere, quam me beatum dicerem! patientia, mi Jeſu, donec te videro in cœlis. Sed & gratiam oro, ne cum Iuda ſub ſpecie bonitatis aut pacis ſimulatio agam, te vel proximum verbis, factis vel corde circumveniam, ſed in omnibus honorem tuum quæram, te amem & proximum in ſæcula ſæculorum.

§. 65. *Et conſeſtim accedens ad Jeſum dixit: Ave Rabbi. v. 49.*

Ut primum vidit Jeſum in horto Iudas, conſeſtim accurrit gaudenter quaſi novos in ejuſ ſchola adducens diſcipulos, aut lætum alla turus nuntium, accedit, ſalutat profunde, dicens: Ave Rabbi, & vocat Magiſtrum cuius non vult eſſe diſcipulus amplius, ſed proditor.

O Mi Jeſu, à me longe ſit deprecor tantum peccatum ſimulationis ut aliud lingua loquatur aliud cor ſentiat, ſit cum corde lingua una actio, nunquam inter ſe diſcrepentur vel aliud interius ſentiam aliud exterius agam, unde ſimulator vel mendax dici aut haberi poſſem coram te vel hominibus.

§. 66. *Et oſculatus eſt eum. v. 49.*

Nihil dubito erubiſſe naturam univerſam in iſto concurſu oris execrabilis, & oris ſancti vel corporis integerrimi & corporis ſpurciſſimi. Nova fuit hæc Ecclipſis ſolis iuſtitia, quem cæpit obtegere umbra inferni, ſed ô ſons indefinens pietatis Jeſu, cur à Iuda cane illo ingratiſſimo te non avertiſti, cum non vereretur oſculum petere ſacri oris tui! ſed ipſum dulcem & amabilem vultum tuum in quo dolus non fuit ullus, ad ſpurciſſimum illius malitia abundantem vultum ſuaviter applicuiſti? ſuſpicio ut intelligerem eum nolle fugere, ſicut Iudas putabat, ſed appetere mortem pro ipſo, redimendo & ſalvando, & ut ex tam inſperata bonitate convertererur adhuc ſaltè in ipſo iſtanti captivitatibus ſua. ô incomprehenſibilis manſuetudo, ô admiranda benignitas, ô humilitas ineffabilis, ô imenſa bonitas!

O Bone Jeſu quoties & ego te in ſpeciebus Venerabilis Sacramenti oſculor! utinam non ore læpe impuro aut fœtido peccatis ex mera patientia tua, qua venis ad me & te quodammodo offers ad fruendum dulcedine oris tui. ô me beatum ſi id ſine prodicione ago, ô infelicem ſi ab illa nõ recedo. Te deprecor igitur non ſit mihi Communio reatus ad pœnam ſed interceſſio ſalutaris ad veniam.

§. 67. *Dixitque illi Jeſus: Amice ad quid veniſti. v. 50.*

Non vocat illum Jeſus diſcipulum, ſed amicum: inſinuando quod iam excuſſerit jugum diſciplinæ, & relicta doctrina magiſtri velit eſſe ſu-
pra magiſtrum. indulgendo igitur miſero & cæco, Amicum vocat,